UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

3. De S. Martyribus. Ioan 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

Marc. 10. *Videbo vos & gaudinm veſtrum nemo tollet*
à vobis. Atque hoc eſt centuplũ illud promiſſum relinquentibus omnia. 3. perſecutiones, cruces, & mors glorioſa pro Chriſto tolerata. nulla enim re homo ſimilior Chriſto fit, quam qui pro eo patitur. Vnde Apoſtoli gaudebant, quod digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati &
Act. 5. B. Paulus gloriabatur in ſuis tribulationi-
Matt. 19. bns. In altera vero vita primum præmium eorum fuit, quod ſeſſuri ſint ſuper ſedes. 1.
Luc. 22. iudicaturi 12. tribus Iſrael imo vt ait Apoſtolus Paulus, erunt & iudices angelorum. Alterum erit quod edant & bibant in mẽſa regni Chriſti, id eſt, omnib. delitiis, quæ mente excogitari non poſſunt, circũfluent, eoq; amplius, quo ceteris erunt beatiores.

MEDITATIO III

De S. Martyribus.

1. CONSIDERA, opere Martyrij nullũ eſſe præſtantius. 1. quia eſt nobiliſſimus caritatis actus. *Maiorem caritatem nemo ha-*
Ioã. 15. *bet*, ait Chriſtus, *quam qui ponit animam pro amicis ſuis.* 2. quia eſt actus inuictæ fortitudinis, qua contemnũtur omnia genera pœnarum, ac ipſa mors. 3. quia actus in

ſupe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuperabilis patientiæ, de qua Chriſtus. *In* L. 21.
patientia poſſidebitis animas veſtras. 4. quia
excedit omnia alia ſacrificia. & oblationes
nam in his externa tantum, in illo verò o-
mnia, externa, & interna offeruntur Deo.
5. quia reddit martyres ſimiliores Chriſto
nempe milites duci. *Qui vult veuire poſt* Luc. 9
me, ait Chriſtus, *tollat crucem ſuam*, *& ſe-*
quatur me. 2 nota varios eſſe martyres, &
quidē proprie dictos, 1. qui pro fide & con-
feſſione Chriſti trucidantur. 2. qui ob de-
fenſionem veritatis, vt S. Ioannes Baptiſta
Iſaias, Ieremias. 3. qui ob obſeruationem
diuinę legis, vt Machabæi 4, qui ob defen-
ſionem immunitatis Eccleſiaſticæ vt S.
Thomas Cantuar. 5. qui ob probitatem
ſuam, vt iuſtus Abel.

Conſidera quam liberaliter Deus re- 1.
muneretur hoc heroicū opus Martyrij in
hac vita & futura. In hac quidem, quia pro-
mittit illis in Euangelio ſe tantā efficaciā
daturū eorū verbis, vt omnes eorū aduer-
ſarij non poſſint iis reſiſtere, & ideo nō de-
bere vel præmeditari, quid reſpondeant. 2.
etſi flāmis ardeant, vel à beſtiis diſcerpan-
tur, ne vnū quidē capillum eorū periturū.
3 quia certo ſciūt ſe mox à morte fore ſal-
uos. & ideo Auguſtinus ait, iniuriam fieri
mar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

martyri, ſi quis oret pro eo poſt mortem. Vnde Pſal 11. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*. 4 quia tanta ſolatia in ipſis tormentis Deus ſuppeditat, vt in corpore ſępe nullum dolorẽ ſentiant, vt accidit S. Laurentio, & S. Stephano videnti cœlum apertũ. In altera verò vita Deus quoque copioſe remunerat martyrium, qui perfectiſſimè vicere mundum, carnem ſuā

Pſ. 20. & dæmonem, vnde de iis dicitur. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo*. Et coronam quidem duplicem. Vnam auream, quę eſt communis omnibus beatis, nempe gloria eſſentialis Alteram, aureolam, quę eſt gloria accidẽtalis debita iis qui heroico opere victoriam ex hoſte retulerunt. Quo pertinet & gloria, qua poſt Apoſtolos in tota Eccleſia eorum feſta celebrantur ſolemnius, patrociniumq́ue à fidelibus inuocatur.

Conſideta, & alios eſſe martyres, im-

3. propriè quidem ita dictos, ſed tamen veros & eiusdem præmii cum ſuperioribus participes, vti ſunt illi, qui non in corpore ſed in animo acerbiſſima perpeſſi ſunt, vt

Luc. 2. fuit B. Virgo Maria, de qua S. Symeon vaticinatus eſt, quod animā ipſius pertranſiturus eſſet gladius, nempe cum ſtaret ſub

cruce

cruce filij. qui gladius ei tantum dolorem cõciliauit, vt ea de cauſa dicatur plus quã martyr, & regina martyrum. 2. ij q in anima & corpore multa pro fide, vel iuſtitia perpeſſi, tamen occiſi nõ ſunt, vt B. Iob. S. Ioannes Apoſtolus S. Athanaſius, & innumeri eremitæ, virgines aliíque religioſi, qui per omnem vitam carnem ſuam crucifixere cum concupiſcentiis, & acerbitatem paſſionis martyrũ, diuturnitate mortificationis non ſolum æquarunt, ſed etiã crebro ſuperarũt. Quis enim dubitet plus mereri eũ, qui 20 30 vel 40 annos in ſumma humilitate, caſtitate paupertate & obedientia ante Deo promiſſa egit, multiſq; bonis operibus claruit., quam qui breui temporis momento ob fidem Chriſti occiſus eſt? Vnde S Bernardus notauit Chriſtum in Euangelio idem tribuiſſe præmiũ pauperibus ſpiritu (vtrorum que enim ait eſſe regnum cœlorum) & martyribus, quoniam voluntaria paupertas ſit quoddam Martyrium.